

## Prologus.

auctor hos commentarios ediderit. Quarum prima est: quod reddenda fuit ratio: cur ab antiquis grammaticis aliquando discesserit. [Amicis.] Qui putabat me fuisse scripturum: quod nec suspicatus quidem sum aut cogitavi. [Alienozibus]. i. non amicis qui suam ignorantiam simul et malivolentiam in meos libros transtulerunt. [Adultis in locis.] Et qui illi sunt in ipso commentario discursu patebit. [Antiquorum.] Puta Diomedis, Phoce, Seruij, Prisciani, Donati. [Juniorum.] puta Alexandri.

di causa illa in primis fuit quod cum multis in locis a vulgata precipiendi via discesserim reddenda fuit a nobis ratio: tum amicis, tum etiam alienozibus cur antiquorum iuniorumque auctoritate neglecta preceptiones quasdam ausus sum in aliam formam commutare. Quod cum possemus pluribus adhuc alijs in locis magno huius doctrine compendio facere fecimus id quidem modice vel intra modum potius: ne alicuius novitatis essemus auctores: nisi ubi plurimum intererat hoc vel illo modo preceptiones quasdam tradi. Deinde quod cum introductiones nostre puerorum eruditioni scripte sint: habenda fuit ratio ut essent quam simplicissime ne quasi ciborum redundancia stomacho: sic preceptorum varietas illorum ingenio tumultum faceret. Cum vero iam in litteris aliquantulum progressi sunt quasi solidior quidam numerosiorque cibus est illis porrigendus: ut non modo lac pulpamentumque degustent: verum etiam ossa nervosque possint obrodere. Quare non tam cum rudibus novitatisque rei litterarie professoribus quam cum pueris vel potius cum magistris ipsis sermo mihi in his commentarijs habendus est. Tue vero celsitudini extremum hunc artis grammaticae laborem meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo est qui non intellegat quante sit tibi cure reipublicae hanc Hispaniam ceteris rebus: tum vel precipue in re litteraria quam florentissimam efficere. Quanta diligentia dulcissimos liberos tuos in hac disciplina erudiendos curaveris Quam tibi sit iucundum quod non modo adolescentibus

Lebrardi, Catholici, et ex ijs qui supersunt Peroti, Terulani, Nigri, Macinelli. [Sed cum possemus.] Sed id pro parte dicit fecisse: cum posset adhuc alijs in locis idem facere. [Compendio.] Id est breviori via: si cur dispensius est via ambages. [Ad modum]. i. cum modo. [Intra modum]. i. adhuc artius quam in modo. [Plurimum intererat]. i. magni compendium atque emolumentum: et ut sic dicam huius doctrine lucrum faceret. [Deinde quod cur.] Hec est secunda causa cur commentarios hos ediderit: quia introductiones ille fuerunt simplices quippe que puerorum eruditioni scripte sunt, nunc vero in hoc opere cum adultis: vel potius cum ipsis preceptoribus sermo habendus est. [Ingenio tumultum faceret.] Horatianum est. [Stomachumque.] tumultum lenta feret pituita vides ut pallidus ois cena desurgat dubia. [Cum vero iam.] Quasi dicat cum erant pueri ac rudes in studio litterarum: data fuit illis doctrina simplex et quasi lac parvulis: ut aptus ait. Sed pueris in etate progressis porrigendus est doctrina solidior quidam cibus. i. durior, et numerosior, i. magis varius. [Lac pulpamentumque.] Adhuc in translatione cibi

ad doctrinam perstat: ut lac pulpamentum sit doctrina simplex et facilis. Nam pulpamentum est corpus sine ossibus: quod facile manducari potest. Ossa vero et nervi sunt difficultates doctrinae secretioris: que non nisi a gradusculis penetrari perspicique possunt. [Quare non tam.] Ex superioribus infert cui lectori hos commentarios scripserimus. [Tue vero celsitudini.] Hec est tertia pars prelationis in qua ponuntur rationes cur hoc opus celsitudini regie dedicatum sit. [Extremum laborem.] Quia nobis in animo est postea quam antiquitates Hispanienses absoluerimus, omne reliquum vite nostre tempus in sacris litteris consumere. [Quante sit tibi cure.] Hec est ratio cur frontem perfricuit auctor: ut rem tenuem atque ieiunam tante maiestati dedicaret: quod multis argumentis intellegit quanta illa cura sit ne rei Hispanie hoc unum sermonis latini ornamentum desit: tum quod in eo liberos erudiendos curet: tum quod omnes alicui purant se rem iucundissimam illi facere quod dant operam litteris precipuam quodque iam a femininis expectatur: quod viri ante hac vix optare audebant. [In hac disciplina.] Hec est grammaticae de qua nunc scribimus. [Adolescentes.] Polletos purpur